

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.  
Fasciculus 16.  
Pagine 642-672.

Proprium de tempore.  
Dominica prima post octavas epyphanie :  
*'Domine ne in ira.'*

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published August 1 2008.  
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.



## ¶ Dominica j. post octavas epyphanie.

*Ad j. vespas.*

*Ant. Benedictus. [352]. Psalmus Ipsum.<sup>1</sup> ut in psalterio notatum est in locis suis propriis. [352].*

*Iste antiphone cum suis psalmis dicuntur omnibus sabbatis per annum quando de dominica agitur preterquam in paschali tempore. Idem autem ordo servetur in secundis vespas in suis antiphonis dicendis.*

*Capitulum. [2 Cor. j. 3.]*

**B**enedictus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum et Deus tótius con-

solatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

[63v.] *Hoc capitulum dicatur omnibus sabbatis ad vespas usque ad septuagesimam, et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de dominica agitur.*

*R̄. Deus qui sedes. ij. 652.*

1519-P:171v; HS:14v; 1531:63v; 1531-P:43r.<sup>2</sup>

Hymn.

IV.



8292.

E-us Cre-á-tor ómni- um Po-líque rector vésti-

ens Di- em de-có-ro lúmi-ne, Noctem sopó-ris grá-ti- a.

2. Artus so-lú-tos ut qui- es Reddat la-bó-ris ú-su- i :

Mentésque fes-sas ál-le- vet, Luctúsque sol- vat ánxi- os.

3. Gra-tes pe-rác-to jam di- e Et noctis ex-ór-tu pre-ces


Vo-tis re-os ut ádju-ves : Hymnum ca-néntes sólvi-mus.

4. Te cordis i-ma cónci- nant, Te vox ca-nó-ra cóncre-pet,

Te dí-li-gat castus a-mor, Te mens a-dó-ret sóbri- a.




5. Ut cum pro-fúndo cláuse- rit Di- em ca-lí-go nócti- um :



Fi-des te-nébras nésci- at, Et nox fi-dé- i lú-ce- at.



6. Dormí-re mentem ne si- nas, Dormí-re culpam nó-ve- rit :




Castos fi-des refrí-ge-rans, Somni va-pó-rem témpe- ret.




7. Exú-ta sensu lúbri- co, Te cordis al-ta sómni- ent :




Ne hostis ín-vi-di do-lo, Pa-vor qui-é-tos súsci- tet.



8. Christum ro-gé-mus et Pa-trem, Chri-sti Pa-trísque



Spí-ri- tum : Unum po-tens per ómni- a, Fo-ve pre-cántes



Trí-ni- tas. Amen.

*Sequens versus scilicet Glória tibi Dómine. dicitur quotidie in fine hymnorum usque ad purificationem nisi in fine hymni Deus Créator.*

*V̇. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.*

*Ṙ. Et descéndat super nos misericórdia tua.*

*Iste versus dicatur in omnibus sabbatis ad vespervas usque ad xl. et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de dominica agitur.*

AS:102; 1519:116v; 1531:63v.<sup>3</sup>

Ant.

Li



4255.

Eccá-ta \* me- a Dómi-ne si-cut sa-gít-te in-



fí-xa sunt in me, sed ántequam vúlne-ra gé- ne- rent



in me : sa-na me Dómi-ne me- di- ca- mén- to pe- ni-



tén-ci- e De- us. *Ps. Magníficat. 53\*.*

*Hec antiphona dicatur in omnibus sabbatis super psalmum Magníficat. ad vespervas usque ad lxx. vel ad memoriam de dominica cum de aliquo festo ix. lectionum fit servitium.*

*Oratio.*

**V**ota quésumus Dómine suppli-  
cántis pópuli célesti pietáte

proséquere : ut et que agénda sunt  
videant : et ad implénda que viderint

convalescant. Per Dóminum.

*Memoria de sancta Maria ut supra usque ad purificationem. [187].*

*Si in hoc sabbato, vel in alio [sabbato]<sup>4</sup> abhinc usque ad passionem [Domini]<sup>5</sup> vel ab octavis pasche usque ad ascensionem Domini, vel a festo Trinitatis usque ad adventum Domini, aliquod simplex festum ix. lectionum evenerit, vespere fiant de dominica et memoria de festo, nisi tale fuerit quod in vigilia<sup>6</sup> precedenti suas vespere habere non poterat : vel nisi octave epyphanie in hoc sabbato contigerint, et nisi tale festum in dominica contigerit de quo totum servitium fieri debeat : tunc enim in sabbato vespere de ipso festo erunt : cum toto suo servitio in ipsa dominica, usque ad lxx. si tempus prolixum fuerit, et memoria de dominica et postea de sancta Maria scilicet usque ad purificationem. Tamen si aliquod festum iij. lectionum in ipsa dominica contigerit, tunc in primis fiat de eo memoria, deinde de dominica, et postea de sancta Maria ad j. vespere et ad matutinas et ad missam. Quandocunque vero festum ix. lectionum in [ipsa]<sup>7</sup> secunda feria contigerit, semper in dominica erunt vespere de festo et memoria de dominica nisi duplex festum in sabbato precedenti celebratum fuerit.*

[¶ *A lxx. usque ad passionem Domini si aliquod festum ix. lectionum in dominica contigerit licet duplex festum fuerit, semper differatur in crastinum et fiat servitium de dominica.*]<sup>8</sup>

### ¶ *Ad completorium.*


*Ant. Miserére. [362].*

*Ps. Cum invocárem. (iv.) [362]. Et cetera ut supra in crastino octavarum epyphanie scilicet in festo sancti Mauri abbatis.*


### ¶ *Ad matutinas.*

AS:102; 1519:117r; 1519-P:2r; 1531:63v; 1531-P:1v.<sup>9</sup>


1115. Invit.  
VII.i.



Re-oc-cu-pé- mus \* fá-ci-em Dómi- ni.



†Et in psal- mis ju-bi- lé- mus e- i.



Ps. Ve-ní- te. 4I\*.


*Hoc invitatorium dicatur in omnibus dominicis usque ad lxx.<sup>10</sup> quando de dominica agitur.*

HB:15v; 1519-P:2r; 1531:63v; 1531-P:2r.<sup>11</sup>


Hymn.  
IV.




Rimo di- é-rum ómni- um, Quo mundus extat cón-di-




tus : Vel quo re-súr-gens Cón-di-tor, Nos morte victa lí-be-ret.



2. Pulsis pro-cul torpó-ri-bus, Surgá-mus omnes ó-ci- us :




Et nocte que-rá-mus pi- um, Si-cut prophé-tam nó-vimus.




3. Nostras pre-ces ut áudi- at, Su-ámque dextram pórri-gat :

8373.






Ut expi-á-tos sórdi-bus, Reddat po-ló-rum sé-di-bus.



4. Ut quique sacra-tí-s-si-mo, Hu-jus di-é-i té-m-po-re :




Ho-ris qui-é-tis psál-lim-us, Do-nis be-á-tis mú-ne-ret.




5. Jam nunc Pa-térna clá-ri-tas, Te postu-lámus áffa-tim :



Absit li-bí-do sórdi-dans, Omní-sque actus nó-xi-us.




6. Ne fe-da sit vel lúbri-ca, Compá-go nostri cór-po-ris :



Per quam a-vérni íg-ni-bus, Ipsi cremémur ácri-us.




7. Ob hoc Re-démptor, qué-sumus Ut probra nostra dí-lu-as :




Vi-te pe-rénis cómmo-da, No-bis be-nígne cónfe-ras.




8. Quo carnis actu éx-u-les, Effécti ipsi cé-li-bes :




Ut presto-lámur cérnu-i, Me-los ca-námus gló-ri-e.



9. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui na-tus es de vír-gi-ne :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, Per sempi-térna sé-cu-la.



Amen.

*In j. nocturno.*

AS:102, pl.B; 1519-P:4r, 7r; 1531:63v; 1531-P:2v.

1. Ant.

III.iv.



Erví-te \* Dómi-no in ti-mó-re. Ps. Beátus vir. (j.)

Quare fremuérunt. (ij.) [12].

[12].


4875.


Dómine quid. (iij.) [13].

Dómine ne in furóre. j. (vj.) [14].

*Et dicantur sub una voce nullum psalmum exaltando : et sub uno Glória Patri. dicantur.*

AS:102, pl.C; 1519-P:7r, 10v; 1531:63v; 1531-P:3v.


2333. 2. Ant. I.iii.  Omi-ne \* De-us me-us, in te spe-rá-vi.



*Ps. Ipsum.<sup>10</sup> (vij.) [16]. usque ad psalmum Salvum me fac. (xj.) sub uno Glória. dicantur.*

AS:102; pl.D; 1519-P:10v, 12v, 1531-P:4r.

sar1033. 3. Ant. VIII.i.  E- spi-ce \* et ex-áudi me Dómi-ne De-us me-us.



*Ps. Salvum me fac. (xj.) [21]. Sub uno Glória. dicuntur psalmi usque ad psalmum Consérva. (xv.)*

[64r.] *He predictae antiphone cum suis psalmis et alie que sequuntur in nocturnis dicantur omnibus diebus dominicis usque ad passionem Domini : quando de dominica agitur.*

8138. *℣. Memor fui nocte nóminis tui Dómino.*

*℟. Et custodívi legem tuam.*

**¶** *Hac die incipiantur epistole Pauli : et legantur in dominicis et in feriis usque ad lxx. quando de temporalí agitur.*

*Lectiones de epistola Pauli ad Romanos.*

*Lectio prima. (Rom. j. i.)*

**P**Aulus servus Christi Jesu vocatus apóstolus segregatus in evangelium Dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de Fílio suo : qui factus est ei ex sémine David secúndum carnem qui predestinatus est Fílius Dei in virtúte secúndum Spíritum sanctificatiónis ex resurrectione mortuórum Jesu Christi Dómini nostri per quem accépmus

grátiam et apostolátum ad obediéndum fidei in ómnibus géntibus pro nómine ejus in quibus estis et vos vocáti Jesu Christi,<sup>13</sup> ómnibus qui sunt Rome diléctis Dei vocátis sanctis : grátia vobis et pax a Deo Patre et Dómino nostro Jesu Christo. Tu autem [Dómine miserere nostri].<sup>14</sup>

AS:102; 1519:117r; 1531:64r.<sup>15</sup>


1. Resp. I.



O- mi- ne \* ne in i- ra tu- a ár- gu- as me : ne-  
 que in fu- ró- re tu- o cor- rí- pi- as me. †Mi- se-  
 ré- re mi- chi Dó- mi- ne quó- ni- am in- fír-  
 mus sum. ✠. Timor et tremor ve- né- runt su- per me :

6501.

6501a.




et contex-é-runt me té-nebre et di- xi. †Mi-se-ré-re.

*Lectio secunda.* [Rom. j. 8.]

**P**rimum quidem grátias ago Deo me per Jesum Christum pro ómnibus vobis quia fides vestra annunciátur in univérso mundo. Testis enim michi est Deus cui sérvio in spíritu meo in evangélio Fílii ejus : quod sine intermissióne memóriam vestri fácio semper in oratióibus meis obsécans si quo modo tandem

aliquándo próspere iter hábeam in voluntáte Dei veniéndi ad vos. Desídero enim vidére vos ut áliquíd impártiar vobis grátie spirituális ad confirmándos vos, id est simul consolári in vobis, per eam que ínvicem est fidem vestram atque meam.

AS:103; 1519:117r; 1531:64r.<sup>16</sup>

6433. 2. Resp. IV. 



E-us \* qui se- des su-per thro- num et jú- di-cas



e- qui-tá- tem : esto re-fú-gi- um páu-pe- rum in




tri- bu-la- ti- ó- ne. †Qui- a tu so-lus la-bó-rem

6433a. 

et do-ló-rem con- sí-de- ras. ✠. Ti-bi e-nim de-



re-líc-tus est pau- per : pu-píl-lo tu e- ris ad- jú- tor.



†Qui- a.


*Lectio iij. [Rom. j. 13.]*

**N**Olo autem vos ignorare fratres quia sepe proposui venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc : ut aliquem fructum habeam in vobis sicut et in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum : ita quod in me promptum est et vobis qui Rome estis

evangelizare. Non enim erubescio evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti Judæo primum et Greco. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem sicut scriptum est, Justus autem ex fide vivit.

AS:103; 1519:117v; 64r.<sup>17</sup>

3. Resp.  
VIII.




dextris\* est michi Dó-mi-nus ne com-mó-ve-

6002.



ar. †Propter hoc di-la-tá-tum est cor me- um.



‡Et ex-ul-tá-vit lin- gua me- a. ✎. Consérva me

6002a.




Dómi-ne quó-ni-am in te spe-rá-vi : dix-i Dómi-no  
De-us me-us es tu. †Propter. ⁊. Gló-ri-a. 95\*.  
‡Et ex-ultá-vit.

☪ *In ij. nocturno.*

AS:103, pl.D; 1519-P:12v, 13v; 1531:64r; 1531-P:4v.<sup>18</sup>


1742. 4. Ant.  
III.iv.



O- nó-rum \* me-ó-rum non índi-ges, in te spe-rá-  
vi, consérva me Dómi-ne. *Ps.* Consérva me. (*xv.*) [25].

AS:103, pl.E; 1519-P:13v, 14v; 1531:64r; 1531-P:4v.

3317. 5. Ant.  
VII.ii.



N- clí-na Domi-ne \* aurem tu-am michi et ex-áu-  
di verba me-a. *Ps.* Exáudi Dómine. (*xvj.*) [27].

AS:104, pl.F; 1519-P:14v, 17v; 1531:64r; 1531-P:5r.


6. Ant.

VIII.i.



Omi-nus \* firmaméntum me-um et re-fú-gi-um

2407.



me-um. *Ps.* Díligam te Dómine. (*xvij.*) [30].

℣. Média nocte surgébam ad confiténdum tibi.

℟. Super iudícia justificatiónis tue.

*Lectio iiij.* [Rom. j. 18.]

**R**evelátur enim ira Dei de celo super impietátem et omnem injustíam hóminum eórum qui veritátem Dei in injustícia détinent : quia quod notum est Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestávit. Invisibília enim ipsíus a creatúra mundi : per ea que facta sunt intellécta conspiciúntur. Sempitérna quoque ejus virtus et divínitas : ita ut sint inexcusábiles : quia cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificáverunt aut grátias egérunt sed evanuérunt in cogitatióne suis : et obscurátum est insípiens cor eórum.

Dicétes enim se esse sapiétes, stulti facti sunt. Et mutavérunt glóriam incorruptíbilis Dei in similitúdinem imáginis corruptíbilis hóminis et vólucrum et quadrúpedum et serpéntium. Propter quod trádidit illos Deus in desidéria cordis eórum in immundíciam : ut contuméliis afficiant córpora sua in semetípsis quia commutavérunt veritátem Dei in mendácium : et coluérunt et serviérunt creatúre pótius quam Creatóri, qui est benedíctus in sécula. Amen. Tu [autem].

AS:104; 1519:117v; 1531:64v.<sup>19</sup>

4. Resp.

VIII.



O-tas michi \* fe-cís-ti Dómi-ne vi-as

7240.

[64v.]



7240a.

vi- te ad-implé- bis me le-tí- ci- a cum vul-  
tu tu- o. †De-lec-ta-ti- ónes in déxte-ra tu- a  
us-que in fi- nem. ✠. Consérva me Dómi-ne  
quó-ni- am in te spe-rá- vi : di-xi Dómi-no De-us me- us  
es tu. †De-lec-ta-ti- ónes.

*Lectio v. [Rom. j. 26-32.]*


**T**Rádidit Deus ímpios et injústos  
hómínes in passiónes ignomínie.  
Nam fémíne eórum immutavérunt  
naturálem usum : in eum usum qui  
est contra natúram. Simíliter autem  
et másculi relicto naturáli usu fémíne,  
exarsérunt in desidériis suis : ínvicem  
másculi in másculos turpitudinem  
operántes, et mercédem quam opór-  
tuit erróris sui in semetípsis reci-  
piéntes. Et sicut non probavérunt  
Deum habére in notícia trádidit illos

Deus in repróbum sensum : ut fáciant  
ea que non convéniunt, replétos omni  
iniquitáte, malícia, fornicatióne,  
avarícia, nequítia, plenos invidia,  
homicídio, contentióne, dolo, ma-  
lignitáte, susurrónes, detractóres, Deo  
odíbiles, contumeliósos, supérbos,  
elátos, inventóres malórum, parén-  
tibus non obediéntes, insipiéntes,  
incompósitos, sine affectióne, absque  
fédere, sine misericórdia. Qui cum  
justíciam Dei cognovíssent : non

intellexérunt quóniam qui tália agunt  
digni sunt morte. Non solum qui ea

fáciunt : sed étiam qui conséntiunt  
faciéntibus.

AS:104; 1519:118r; 1531:64v.<sup>20</sup>

5. Resp. IV.  I- li- gam te \* Dómi- ne vir- tus me- a. 6453.

†Dómi- nus firmamén- tum me- um et re- fú- gi- um

me- um. *℣.* Lau- dans invo- cá- bo Dómi- num : 6453a.

et ab i- nimí- cis me- is salvus e- ro. †Dómi- nus.

*Lectio sexta.* [Rom. cap. ij. 1.]

**R**o- pter quod inexcusábilis es o  
homo : omnis qui júdicas. In  
quo enim júdicas álterum : teípsum  
condémnas. Eádem enim agis que  
júdicas. Scimus enim quóniam júdi-  
cium Dei est secúndum veritátem : in  
eos qui tália agunt. Existimas autem  
hoc o homo qui júdicas eos qui tália  
agunt et facis ea, quia tu effúgies  
júdici- um Dei ? An divítias bonitátis  
ejus, et paciéntie, et longanimitátis  
contémnis, ignorans quóniam beníg-

nitas Dei ad peniténtiam te addúcit ?  
Secúndum duríciam autem tuam et  
impénitens cor thesáurizas tibi iram in  
die ire et revelatiónis justí júdicii Dei  
qui reddet unicuíque juxta ópera sua :  
his quidem qui secúndum paciéntiam  
boni óperis glóriam et honórem et  
in- corrupti- onem, queréntibus vitam  
etérnam. His autem qui ex conten-  
tiónem et qui non acquiéscunt veritáti,  
credunt autem iniquitáti : ira et  
indignáti- o, tribuláti- o et angústia in

Dominica prima post octavas epyphanie. 'Domine ne in ira.'

omnem ánimam operántis malum,  
Judéi primum et Greci. Glória autem

honor et pax omni operánti bonum :  
Judéo primum et Greco.

AS:104; 1519:118r; 1531:64v.<sup>21</sup>

6517.

6. Resp.  
VIII.



O-mi-ni \* est terra et ple- ni-tú- do



e- jus. †Or-bis terrá- rum et u-ni- vér- si.


6517a.



‡Qui há- bi- tant in e- o. ⁊ Ipse su- per



má-ri- a fundá- vit e- um : et su- per flúmi- na pre- pa- rá-



vit e- um. †Or-bis. ⁊ Gló- ri- a. 95\*. ‡Qui.

**¶** *In iij. nocturno.*


AS:105, pl.F; 1519-P:17v, 18v; 1531:64v; 1531-P:5v.

sar0097.

7. Ant.  
IV.i.




Re- céptum \* Dómi- ni lú- ci- dum il- lú- mi- nans



ó- cu- los. Ps. Celi enárrant. (xviij.) [34].


AS:105; 1519-P:18v, 19r; 1531:64v; 1531-P:5v.<sup>22</sup>

8. Ant.  
IV.viii.



**M**ple-at \* Dómi-nus omnes pe-ti-ti-ó-nes tu-as.

sar0057.



Ps. Exáudiat. (xix.) [36].


AS:105, pl.G; 1519-P:19v, 20r; 1531:64v; 1531-P:6r.

9. Ant.  
VIII.i.



**O**mi-ne \* in virtú-te tu-a le-tá-bi-tur rex.

2349.



Ps. Ipsum. (xx.) [38].

℣. Exaltáre Dómine in virtúte tua.

℟. Cantábimus et psallémus virtútes tuas.

¶ [Evangelium]<sup>23</sup> Secundum Lucam ij. [42-52].



**C**um factus esset Jesus annórum duódecim : ascendéntibus illis Hierosólimam secúndum consuetúdinem diéi festi : consummátisque diébus ut redírent remánsit puer Jesus in Hierúsalem, et non cognóverunt paréntes ejus. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbiteri.*

(xj. libri primi. b.)



**Q**uod Dóminus per omnes annos cum paréntibus in pascha Hierosólymam venit : humáne nímrum est humilitátis indícium. Hóminis namque est ad offerénda Deo sacrificiórum spirituálium vota concurrere : et Auctórem suum oratióibus lachrimisque sibi conciliáre profúsis. Fecit ergo Dóminus inter

hómines homo natus : quod faciéndum homínibus per ángelos imperáverat Deus. Servávit ipse legem quam dedit : ut nobis qui puri hómínes sumus, servándum per ómnia quicquid Deus jubet, osténderet. Sequámur ergo iter humane conversatiónis ejus si deitátis glóriam delectámur intuéri : si optámus vidére


eum et habitáre in domo etérna in celis ómnibus diébus vite nostre : si juvat vidére voluntátem Dómini et prótegi a templo sancto ejus. Et ne ulla in etérnum malórum aura pulsémur : meminérimus preséntis ecclésie domum necessariis precum mundárum frequentáre munéribus.


AS:105; 1519:118v; 1531:65r.<sup>24</sup>

7. Resp.  
II.


6026.    
D te \* Dómi-ne le-vá- vi á-nimam me-am.

  
†De-us me-us in te confí- do non e-ru- bés- cam.

6026a.   
℣. Ne-que ir-rí-de-ant me i-ni-mí-ci me- i : ét-e-nim

  
u-ni-vérsi qui sústi-nent te non confun- dén- tur. †De-us.

Lectio viij.

uod ipse duodénis<sup>25</sup> in templo sedit in médio doctórum áudiens et intérogans illos, humane fragilitátis est indícium, immo étiam exímium discénde humilitátis exéplum. Dei quippe virtus et Dei

sapiéntia eternáque Divínitas lóquitur, Ego sapiéntia hábito in consílio : et erúditis intérsu cogitatióibus. Meum est consílium et équitas : mea est prudéntia, mea est fortitúdo. Per me reges regnant : et conditóres

legum<sup>26</sup> justa decernunt. Beatus autem homo qui audit me : et qui vigilat ad fores meas quotidie et observat ad postes ostii mei. Ipsa homine induta ad erudiendos homines advenire dignata est, ut

nimirum hominibus quamvis summo ingenio pręditis necessariam discendi verbi formam prerogaret : ne si qui discipuli veritatis fieri refugerent, magistri efficerentur erroris.


AS:105; 1519:118v; 1531:65r.<sup>27</sup>

8. Resp.  
VII.



6144.

U- di- am \* Dó- mi- ne vo- cem lau- dis




tu- e. †Ut e-nárrem u-ni-vér-sa mi-ra-bí- li- a




6144a.

tu- a. ✠. Dó- mi- ne di- lé- xi de- có- rem domus



tu- e : et lo- cum ha- bi- tá- ti- ó- nis gló- ri- e



tu- e. †Ut e-nárrem.

Lectio ix.

**B**ene qui júvenis erat doctrine subitúrus officium, puérulus adhuc senióres audit et intérogat : ut videlicet próvida dispensatióne eórum compéscat audáciam, qui non solum


indócti, sed étiam impúbes ad docéndum prorúmpere magis quam ad discéndum volunt submítteri. Sequámur iter ejus humanitátis si nos mánsio divíne deléctat visiónis :

memóres semper illius precépti, Audi fili mi disciplinam patris tui, et ne dimíttas legem matris tue : ut addátur grátia cápiti tuo, et torques collo tuo. Per audítum quippe disciplíne patérne, ac per observántiam matrérne legis, grátia cápiti nostro et collo torques ádditur : quia quanto quis divínis

inténtus fúerit auscultáre precéptis, quanto ea que didícit in unitáte matris ecclésie diligéntius observáre studúerit, tanto et nunc dígnius ad honórem predicándi et in futúro sublímius ascéndet ad beatitúdinem cum Christo sine fine regnádi.

AS:105; 1519:118v; 1531:65r.<sup>28</sup>

6011. 9. Resp. VI.




B- scóndi \* tanquam aurum pec-cá- ta

me- a : et ce-lá- vi in si- nu me- o i-niqui-tá-


tem me- am. †Mi-se-ré-re me- i De- us se-cúndum

6011a. magnam mi-se-ri-cór-di- am tu- am. †. Quó-ni- am

i-niqui-tá-tem me- am e- go ag-nós-co : et de-líctum



me-um contra me est semper : ti-bi so- li pec-cá- vi.



†Mi-se-ré-re. *℣.* Gló- ri- a. 94\*. †Mi-se-ré-re.

*Hoc responsorium subsequens non dicitur ad matutinas : sed ad processionem in ferialibus diebus per xl.*


AS:106; SP:29r; 1531:65r.<sup>29</sup>

Resp.  
VIII.




F- flíc-ti \* pro peccá-tis nostris, quo-tí- di- e


6060.



cum lá-chrymis expectémus fi-nem nos- trum, do-lor cor-




dis nos- tri ascén-dat ad te Dómi- ne. †Ut é-ru-




as nos a ma- lis que inno-ván- tur in no- bis.

6060a.



*℣.* Dómi-ne De-us Isra-el ex-áudi pre-ces nos-tras :





[Ante laudes.]

[Hic versus cantetur ab aliquo de superiore gradu loco nec habitu mutato : similiter fiat in omni simplici dominica per annum extra octavas et extra tempus pasche, dicantur vero a duobus de eadem forma predicto tempore quando de dominica agitur : in superpellicis ad gradum chori cantetur versiculi.]<sup>30</sup>

sar0707. Versiculus ante laudes. Excelsus super omnes gentes Dóminus.

℞. Et super celos glória ejus.

Iste versus et alii predicti versus de nocturnis dicuntur usque ad quadragesimam<sup>31</sup> et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de dominica agitur.

☪ In laudibus.

AS:106; 1519-P:22v; 1531:65r; 1531-P:6r.<sup>32</sup>

1. Ant.  
III.iv.


4599.



Egná-vit \* Dó-mi-nus pre-cínctus for-ti-tú-di-ne




cum de-có- re virtú-tum : cu-jus se-des est in e-térnum.



Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].

AS:107; 1519-P:22v, 23r; 1531:65r; 1531-P:6r.<sup>33</sup>

2. Ant.  
IV.i.




4827.

Ci- ámus \* omnes qui- a Dómi-nus ipse est De- us,  
cu- i ju-bi-lé-mus et ex- altémus et laudémus nomen  
e- jus in e- térnum. *Ps. Jubiláte. (xcix.)* [46].

AS:107; 1519-P:23r, 24r; 1531:65r; 1531-P:6r.<sup>34</sup>

3. Ant.  
V.ii.




1688.

E- ne-dí-cam te Dómi-ne \* in vi-ta me-a,  
ut ví-de-am virtú-tem tu-am et gló- ri- am tu-am.  
*Ps. Deus Deus. (lxij. & lxvj.)* [47].

AS:107; 1519-P:24r, 25r; 1531:65r; 1531-P:6r.<sup>35</sup>

4 Ant.  
IV.i.




4118.

Mnis cre- a-tú-ra \* ce- li et terre be-ne-dí-cat



Dó-mi-num : hymnum di- cat et su-per-ex-áltet e- um in



sé-cu-la. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:107; 1519-P:25r, 26r; 1531:65r; 1531-P:6r.<sup>36</sup>

5001. 5 Ant.  
VIII.i.



Pí-ri-tus om-nis \* lau-det Dómi-num, qui- a ipse



di-xit et facta sunt óm-ni- a : mandá-vit et cre- á-ta sunt



u-ni-vér-sa. *Ps.* Laudáte. (*cxlvij-cl.*) [49].

*Iste predictae antiphonae super laudes dicuntur hac die dominica et quando ultimo cantetur hystoria Dómine ne in ira. ante lxx. tantum ceteris autem mediis dominicis prima istarum antiphonarum tantum dicitur. Quando vero aliquod festum ix. lectionum in prima dominica qua inchoanda est hystoria predicta celebratum fuerit, vel memoria facta fuerit : tunc in proxima dominica sequenti dicitur hec sola antiphona Regnávit Dóminus. nisi ultima fuerit dominica ante lxx. in qua dominica omnes antiphonae dicantur.*

*Capitulum.* [Apoc. vij. 12.]

**B**enedíctio et cláritas et sapiéntia  
et gratiárum áctio : honor et

virtus et fortitúdo Deo nostro, in  
sécula seculórum. Amen.

1519-P:26v; HS:17v; 1531-P:7r; 1531:65r.<sup>37</sup>

Hymn.

I.




- térne re-rum Cón-di-tor, \* Noctem di-émque qui re-

8254.




gis : Et témpo-rum das témpo-ra, Ut ál-le-ves fastí-di-um.



2. Pre-co di-é-i jam sonet, Noctis pro-fúnde pérvigil :




Noctúrna lux vi-ánti-bus, A nocte noctem ségre-gans. [65v.]




3. Hoc exci-tá-tus lú-ci-fer, Solvit po-lum ca-lí-gi-ne :



Hoc omnis erró-rum cho-rus, Vi-am no-céndi dé-se-rit.




4. Hoc nauta vi-res cól-li-git, Pontíque mi-téscunt fre-ta :



Hoc ipsa petra ecclé-si-e, Ca-nénte culpam dí-lu-it.





Spí-ri-tu Pa-rácly-to, Et nunc et in perpé-tu-um. A- men.

℣. Dóminus regnávít.

℟. Decórem ín-duit allelúya.

*Iste versus cum predicto capitulo dicatur in omnibus dominicis ante<sup>38</sup> laudes usque ad septuagesimam et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de dominica agitur.*

AS:107; 1519:119r; 1531:65v.<sup>39</sup>

Ant.  
VIII.i.



2872.

I- li \* quid fe-cís-ti no-bis sic, e-go et pa-ter tu-



us do-lén- tes que-re-bámus te : quid est quod me que-re-



bá-tis, nesci- e-bá- tis qui- a in his que Pa-tris me- i sunt op-



pórtet me esse. *Ps.* Benedíctus. 68\*.

*Oratio.* Vota quésumus Dómine. [*ut supra.*]<sup>40</sup> 645.

*Memoria de sancta Maria.* [187].

¶ *Ad j.*

*Hymnus.* Jam lucis. [72].

AS:107; 1519-P:33r, 39r; 1531:65v; 1531-P:9v.<sup>41</sup>

2420. Ant.  
IV.iv.

O- mi-nus re-git me \* et nichil michi dé-e-rit : in

lo-co pás-cu-e i-bi me collo-cá-vit. *Ps.* Deus Deus meus  
rés-pice. (xxj.) [91].

*Et ceteri psalmi consueti dicantur sicut in prima dominica adventus Domini prenotatum est cum predicta antiphona omnibus dominicis usque ad lxx. et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de dominica agitur tantum. Cetera omnia que ad j. pertinent more solito expleantur : ita tamen quod usque ad purificationem dicatur responsorium Jesu Christe. cum versu Qui de vírgine. [110].*

¶ *Ad iij.*

*Hymnus.* Nunc sancte. [129].

*Ant.* Laus et perénnis. [131].

*Ps.* Legem pone. (cxviiij. iij.) [132].

*Cap.* Grátia Dómini. [134].

*R̃.* Inclína cor meum. [134].

*Ṽ.* Ego dixi. [135].

*Ut in psalterio notatur : cum oratione Vota quésumus. 645.*

¶ *Ad vj.*

*Hymnus.* Rector potens. [139].

*Ant.* Glória laudis. [140].

*Ps.* Defécit. (cxviiij. vj.) [141].

*Cap.* Tres sunt. [142].

*R̃.* In etérnum. [143].

℣. Dóminus regit. *ut in psalterio notatum est.* [144].

Oratio. Vota quésumus. 645.

### ¶ Ad ix.

Hymnus. Rerum Deus. [148].

Ant. Ex quo. [150].

Ps. Mirabilia. (cxviiij. ix.) [150].

Cap. Unus Dóminus. [152].

℞. Clamávi. [153].

℣. Ab occúltis. *ut in psalterio notatum est.* [153].

Oratio. Vota quésumus Dómine. 645.

*Iste hore supradicto modo dicuntur usque ad lxx. in diebus dominicis tantum et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de dominica agitur.*

### ¶ Ad ij. vespervas.

Ant. Sede a dextris. [311].

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311].

*Et alie antiphone cum suis psalmis sicut in psalterio notatum est.*

Capitulum. (2 Thess. iij. 5.)

**D**ominus autem dírigat corda et  
córpora nostra in charitáte Dei, | et paciéntia Christi. [℞.] Deo grátias.

¶ *Hoc capitulum dicatur in omnibus dominicis : et in feriis usque ad lxx. et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini ad vespervas quando de temporali agitur. Dicitur etiam in feriis infra lxx. usque ad xl. ad vespervas quando de feria agitur.*

Hymnus. Lucis creátor. *Require in psalterio.* [316].

*Hic hymnus dicatur ad vespervas omnibus dominicis usque ad xl. dicitur etiam a Deus ómnium. usque ad adventum Domini tam in feriis quam in dominicis quando de temporali agitur.*

℣. Dirigátur Dómine. [317].


*Iste versus dicatur ad vespervas omnibus dominicis diebus et in feriis usque ad xl. et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de temporali agitur.*



AS:110; 1519:119v; 1531:65v.

4410.

Ant.  
VI.



U-er Je-sus \* pro-fi-ci-é-bat e-tá-te et sa-pi-én-



ti- a : co-ram Dé-o et homí-ni-bus. *Ps.* Magnícat. 64\*.

*Oratio.* Vota quésumus Dómine. 645.

## Notes, pages 642-672.

- <sup>1</sup> 'Ps. Ipsum.' Cf. SB:ccccvii. n. [SB:ccciii.] [Vide n. 4 infra.]
- <sup>2</sup> In stanza 6 SB-P:220. and 1531-P:43v. have 'culpa nóverit :'. SB:ccciv. has 'culpam noveris'.
- <sup>3</sup> In 1519:116v. the second "Dómine" is set D.F.DC.
- <sup>4</sup> 1519:116v.
- <sup>5</sup> 1519:116v.
- <sup>6</sup> 'in vj. feria', 1519:116v.
- <sup>7</sup> 1519:116v.
- <sup>8</sup> 1519:116v.
- <sup>9</sup> In BL-52359:72r. 'Dómini' is set C.DED.CDCCB; 'psalmis' is set DCDECCB.AG; 'jubilémus' is set A.CDC.CBA.CABCABAG.
- <sup>10</sup> 'ad lx.', AS:102.
- <sup>11</sup> B<sub>♭</sub> appears throughout in HS-1516:15v, 1541:15v, and in 1555:15v. No flat appears in HS-1525:15v. In stanza 8, 1519-P:2v. has 'prestolémur'.
- <sup>12</sup> 'Psalmus Ipsum.' ; quasi diceret, is Psalmus cujus initium idem est, et nihil aliud sonat, quam initium Antiphone cujusdam jam supradicte : ut in hoc loco Psalmus vii. (SB-P:10) [16]. *ipsum* est, aut nihil aliud, quoad nomen vel titulum *Domine Deus meus in te speravi* adinet, quam Antiphona prelibata, viz. *Domine Deus meus*. (SB-P:15) [19]. [SB:cccvii.]
- <sup>13</sup> SB:ccccvii. has 'Jesu Christi Dómini nostri.'
- <sup>14</sup> SB:ccccvii.
- <sup>15</sup> This responsory gives its name to this first Sunday in 'ordinary time', which serves as the model for ordinary Sundays of the year. 1531:64r. has 'Miserére mei,' perhaps following the *Vulgate* (Psalm 6). In 1519:117r. 'neque' is set AAG.ACGGF. In BL-52359:72v. 'infirmus' appears to have been altered from FFE.D.DEFEF. to DE.D.FEFEDE; the second 'Dómine' is set BCDCBA.GACBAB.BA. In PEN:41v. 'neque' is set A.AGABGGF; 'infirmus' is set FFE.D.DEFEF.ED.
- <sup>16</sup> In 1519:117r. no flats appear. BL-52359:73r. has 'qui júdicas'; 'equitátem' is set AGGF.GAGAGA.E. BL-52359:73r. has no flat at 'refúgium' or at 'tribulatióne'.
- <sup>17</sup> In 1519:117v. the second 'est' is set CBCBAG. In PEN:41v. 'móvear' is set G.GABAG.AG; 'est' is set CBCBAG.
- <sup>18</sup> AS:pl. D and 1519-P:12v. and 13v. and BL-52359:73r. and PEN:41v. begin on A. In 1519-:13f. 'sperávi' is set G.GABAG.A.
- <sup>19</sup> In AS:104. the  $\text{V}$ . has only the incipit 'Consérva me', as the full  $\text{V}$ . appears with  $\text{R}$ . ii. *A dextris est*. 64z. BL-52359:73v. has 'vias meas'; 'meas' is set GABAGA.AG. BL-52359:73v. has 'implétus'.
- <sup>20</sup> In AS:104. 'refúgium' is set DF.EFED.FG.GFGAB<sub>♭</sub>GAG. In BL-52359:73v. 'mea' is set EGFF.FE. BL-52359:73v. has no flats. In PEN:42r. 'firmaméntum' is set A.AGGF.FGAB<sub>♭</sub>GAG.
- <sup>21</sup> In 1519:118r. the second 'et' is set ACBGC.
- <sup>22</sup> In 1519-P:18v. the clef appears a third lower. In BL-52359:74r. this antiphon appears a fourth higher, with B-flats.

## Notes.

---

- <sup>23</sup> 1519:118v.
- <sup>24</sup> In 1519:118v. the last word is 'confundántur.' In BL-52359:74r. 'univérsi' is set D.DC.DE.D.
- <sup>25</sup> 'duodénnis', 1531:65r.
- <sup>26</sup> 'legum conditóres', *Vulgate*.
- <sup>27</sup> 1531:65r. has 'Audi' and 'dilexísti'.
- <sup>28</sup> In 1519:118v. 'sinu' is set A.AGA. 1519:188v. has 'coram me est semper.' BL-52359:74v. has flats only from 'misericórdiam through to the end.
- <sup>29</sup> PEN:43r. has 'ascéndet ad te'. BL-52359:74v. has 'ascéndit ad te'.
- <sup>30</sup> 1519:119r.
- <sup>31</sup> '*ad septuagesimam*', US-II:50.
- <sup>32</sup> BL-52359:75r. has 'sedes paráta est'; there is no music for 'paráta'.
- <sup>33</sup> 1519-P:23r, PEN:43r. and BL-52359:75r. have no B<sub>♭</sub>. In SB:ccccxiv. 'et exaltémus' is missing. In BL-52359:75r. 'jubilémuset ' is set G.E.FED.ED D.
- <sup>34</sup> 1519-P:24r. has no B<sub>♭</sub>; '-deam virtútem tuam et glóriam tuam.' is set a third lower; presumably an incorrect clef placement.. BL-52359:76r. has no flat at 'virtútem'.
- <sup>35</sup> 1519-P:25r. sets 'hymnum' EFE.DE.
- <sup>36</sup> AS:107. has AB, not AC, at the end of 'laudet.'
- <sup>37</sup> HS:17v has 'prévigil', not 'pérvigil'. 1531:65v. has 'Surgámus omnes' and 'lapsus cadunt'.
- <sup>38</sup> Presumably this is a misprint for '*ad*'.
- <sup>39</sup> IN BL-52359:75v. 'quia' is st A.G.
- <sup>40</sup> 1519:119v.
- <sup>41</sup> 1519-P:39r. has no flats.